



## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. II. An in causa appellatiois super amotione confessorum, interdicto,  
& similibus delegatus Episcopus possit subdelegare canonicum  
Cathedralem, Iudicem synodalem?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

74.  
Quoad sacer-  
dotes  
tribuit Bre-  
ue iurisdic-  
tionem  
omnimoda-  
m voluntari-  
am &  
contentio-  
sam: an &  
quoad il-  
licet?

riofam Delegato datam quoad sacer-  
dotes castrés in eos, inter eos,  
& contra eos: causas etiam co-  
gnoscendi & decidendi. non eadem  
repetuntur quoad laicos: sed facul-  
tas tribuitur à quibusvis excessibus  
& delictis, paucis vt diximus ex-  
ceptis, sed *in foro conscientia*, inquit  
Breue, tantum: non in foro exter-  
no iudiciali. quomodo ergo (ar-  
gunt aliqui) condemnandi? neque  
enim de reseruatís tantum agit,  
sed de communibus, & insuper per  
vocalam etiam de reseruatís. con-  
cordata tamen art. 3. in delictis iu-  
dicium externum admittunt, &  
præuentionem: & art. 5. iudicialia,  
inquiunt, *exercerentur per superiores  
respectu eorum, de quibus prescriptum  
est in precedentibus articulis.* Porro  
articuli illi omnes egerunt non de  
sacerdotibus, sed de militibus, aliis  
que laicis castra sectantibus: in lai-  
cos ergo etiam Delegato competit  
fori externi iudicium diserte ex  
concordatis, secundum eosdem  
articulos: vt in his Delegatus solus,  
in illis soli Ordinarij, in aliis vtriq;  
per præuentionem officio fungan-  
tur: Breue autem dispositiue for-  
um contentiosum in laicos ex-  
pressè non tribuit: in proëmio ta-  
men generaliter non quoad sacer-  
dotes tantum, sed eos qui in castris  
degunt, & versantur, *pro cognoscen-  
dis, inquit, & decidendis inter eos causis,  
& controuersis ad forum Ecclesiasticum  
pertinentibus* opera personæ in di-  
gnitate Ecclesiastica constitutæ  
opus esse præfatur: ad finem tamen  
facultatem tribuit dispositiue, *ca-  
tera*, inquit, *faciendi in præmissis ne-  
cessaria, & quomolibet opportuna.* quæ  
clausula generalis est, relata ad om-  
nia in Breui præmissa: cum ergo  
præmissum fuerit de causis ad forū  
Ecclesiasticum pertinentibus deci-  
dendis; conformis debet esse dis-  
positio propositioni, quæ cum lai-  
cos etiam comprehendat, debet &  
illa, nec illud probat sola locutio  
Breuis indistincta; sed imprimis  
hæc verba; *causis ad forum Ecclesia-*

*sticum pertinentibus*, quibus opus non  
erat, si soli sacerdotes comprehen-  
derentur, quippe illi non ob cau-  
sam, sed ob personam ad forum  
Ecclesiasticum pertinent. adeoque  
sufficiebat facultatè dare exercen-  
di iurisdictionem in eos, inter eos  
& cõtra eos; & sic illa verba essent  
superflua: quod in dispositionibus  
huiusmodi dicitur esse non debe-  
re, sed vnaqueque aliquid operari.  
Hæc, quam diximus, clausula ge-  
neralis quidem est; sed & restrin-  
gitur ad præmissa, adeoque cum  
expressè & specialiter de matri-  
monio nihil sit præmissum, aut ad  
illud non extenditur, aut indefini-  
ta illa verba *pro sacramentis ma-  
strandis* ad matrimonium etiam ex-  
tenduntur, aut Delegato tributa  
est etiam in laicos omnimoda, &  
quasi Episcopalis iurisdictionis, quæ  
ad illud se extendit, quibus de re-  
bus egimus locis supra citatis.

## RESPONSVM II.

*An in causa appellationis  
super amotione confessio-  
rum, interdicto, & si-  
milibus delegatus Episco-  
pus possit subdelegare ca-  
nonicum Cathedralis, iu-  
dicem synodalem?*

In primis generatim Iudex Apo-  
stolicus potest subdelegare: *super  
quæst. de off. deleg. etiam ille  
qui datus est cum pluribus aliis, etiam  
& in solidum singulis: cum plures de  
off. deleg. in 6. sed receptum est, vt  
subdelegatus habeat eandem qua-  
litates, quæ in delegato requirun-  
tur: c. statutum, §. in nullo de re, script.  
in 6. si tota ei causa, non vnus tan-  
tùm articulus aliquis subdelegatur.  
Riccius decis. 622. in prax. deleg. §. 1. §. 1.  
ad 24. cons. à Concil. Trid. in noua. c. 1.  
n. 20. 21. 22. igitur hodie præter  
qualitatem à d. c. statutum requiritur  
exigitur vt delegatus sit tanquam  
aptus à synodo; aut, si ea non cele-  
bretur*

bretur ab Episcopo, de consilio Capituli, designatus. c. 10. f. 25. Conc. Trid.

An Iudex synodalis huiusmodi in causis criminalibus subdelegari possit, quæsumus in *jur. Pont. nou. anal. de off. deleg. edit. an. 1641.* ex Trid. f. 13. c. 2. & temperatum illud esse per c. 10. f. 25. Trid. satis probabile esse diximus. quemadmodum in simili quæ f. 5. c. 1. statuerat Concilium, f. 24. c. 4. extendit, illa aptius præsentium temporum vsui accommodando. ad eundemque modum quod Concilium d. c. 2. f. 13. statuerat, propter grauitatem causarum criminalium; f. 25. c. 10. generalius prouidit; quoad omnes causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes: vt ea deinceps committi non possint, nisi, præter Ordinarios, personis ad id aptis, & in synodo designatis. indefinita enim hæc verba, *causæ Ecclesiasticæ ac spirituales & ad forum Ecclesiasticum pertinentes, æquipollent vniuersalibus, & sic sunt accipienda. lsi pluribus in princ. de leg. 2. c. vnam sanctam, de maioritat. & obediens. in extranaq. commun. in §. Igitur. V. palce oues meas, inquit, generaliter, cum sit tantum verbis indefinita. c. quia. 22. x. de priuileg. in verb. indefinitè decimas remittendo, cum nihil exceperit, & potuerit excepisse & c. ita vt omnes illæ causæ eam Iudicum qualitatē requirant non tantum; sed & omnes taliter aptis & designatis committi iam posse videantur. cause, inquit Concilium, Ecclesiastica in partibus delegande iis committantur. vt ad effectum delegationis & commissionis, indefinita locutio vniuersaliter sit accipienda. quemadmodum *Tuscus pract. conc. verb. indefinita nominis collectiui semper æquipollet vniuersali cono § 7.* adeoque ex d. c. 10. etiam criminales causæ committi nunc posse videantur Iudicibus synodalibus: nec referuandæ sint metropolitanæ, viciniore Episcopo, vel eorum Officialibus, id quod*

iuuant etiam verba d. c. 10. *præter Ordinarios locorum iis etiam possibilibus committantur: vbi illud præter atque etiam Ordinarios & synodales Iudices videtur facere eiusdem considerationis, vt in l. nullum. D. de diuort. vt sicut indefinitè & vniuersaliter causæ ad forum Ecclesiasticum spectantes committi possint Ordinariis locorum; ita etiam posthac Iudicibus ita designatis: neque eorundem verborum alia sit acceptio respectu Ordinariorum, alia respectu synodalium Iudicum. Iuuat etiam non minus ratio, quod causæ, quas præfatur Conc. Trid. c. 1. f. 13. pro iis omnibus, quæ tota illa sessione statuuntur, explentur per obseruationem d. c. 10. quod nunc habeantur Iudices vndeque idonei, per designationem synodalem: quod ait d. c. 10. antè non obtinuisse. & propterea verisimiliter processit inde dispositio d. c. 2. f. 13. cuius ratio per d. c. 10. cessante, merito cessare & temperari dicatur illius dispositio. *Euerard. in loc. leg. à ratione legis cessante.**

Quin imò si rationem decreti spectemus, causarum vtique grauitatem, & necessariam personarum habilitatem; luculentius remedium allatum est per d. c. 10. f. 25. quippe Officiales in d. c. 2. f. 13. requisiti, tantum habent pro se iudicium sui Episcopi; at Iudices synodales præter illud, totius etiam synodi prouincialis, seu diocesanæ, aut saltem Capituli. vt verisimile non sit luculentiore hanc prouisionem tantum à Concilio inuentam esse pro causis ciuilibus; non etiam criminalibus; contra c. vbi periculum. de elect. in 6.

Sed & indies videmus aduersus etiam d. c. 2. f. 13. cum neq; metropolitanus pronuntiauit, neq; pro suspecto recusatus est, delegationes fieri alijs Episcopis, eorumue Officialibus: quin & Iudicibus synodalibus. vt cum de mente d. c. 2. disputatur, ille frequens vsus non sit

Pro Syno-  
dalibus mi-  
litar ratio  
Concilij.

6.

contemnendus. *l. si de interpret. D. de legib. aliud foret, si vna fortè vice id dumtaxat accidisset, aut paucis: tunc enim importunis artibus id adscribitur. c. fin. de rescript. in 6. c. vnic. de relig. dom. in 6.*

7.  
Qualiter  
lex genera-  
lis posterior  
priori spe-  
ciali possit  
deroga e?

Præsertim cum etiam speciales aliquando leges per generales subsecutas censeantur mutari. *Tuscu. V. Statuto. concl. 493. n. 63. 64. maximè quando ratio legis generalis secuta causis specialibus sufficienter prouidet. l. si hominem. D. mandat. Tuscu. V. generi per speciem. conc. 36. n. 110. 111. post Sign. quod hic eo magis dicendum est, quod Conc. Trid. d. c. 10. innouat c. statutum de rescript. in 6. quod generaliter editum est pro causis non tantum ciuilibus, sed & criminalibus, pariformiter ergo exaudienda est lex innouans, & innouata. Similiter à Conc. Trid. c. 1. s. 13. c. 1. s. 22. c. 10. s. 24. in causis visitationis & correctionis morum decretum est, vt nulla appellatio, aut inhibitio admittatur; & tamen ex c. 20. s. 24. etiam quasi legem tantum continet generalem. d. autem c. 1. s. 22. c. 10. s. 24. specialem; declarauit Sancto pragmatica Clementis VIII. 1600. ar. 9. non tantum eas admitti ad effectum deuolutiuum; sed etiam suspensiuum; si de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit. Sic & Concil. Trid. s. 25. de regul. c. 15. derogat c. ad apostolic. X. de regul. ne hodie liceat renunciare anno probationis. idque generalius admittitur cum de mente posterioris legis apparet. *Sanches in decal. l. 5. c. 4. n. 19.**

Insuper cum Episcopus aliquem delegat non habentem qualitatem quam ei potest dare, censetur dedisse. *l. 57. D. de re iud. vt non obstat c. si eo. de rescript. in 6. quod non habitudine tantum, sed actu qualitatem requisitam oporteat habere tempore prouisionis, nec vetat*

eiusdem Episcopi plures esse Officiales.

Denique A. Canonicus Cathed. & Iudex Synodalis subdelegatus semper hic tamquam sigillifer munus subit Officialis absentis, aut impediti: quid nisi possit & recusari? comparatur enim impedimentum & recusatio, atque hæc pro illo habetur. *c. 23. X. de off. deleg. Quia etiam qualificatus non foret; tamen dum partes semel in eum expresse consenserunt, reprobare non possunt. d. l. 57. D. de re iud. c. inducia. s. off. ratur. 3. q. 3. c. insinuant. X. de off. deleg. c. statutum. s. in nullo. de rescript. in 6. ubi gloss. in verbis committas. ubi illa verba clausula, nisi partium accedat consensus, ad vtramque periodi partem referenda est. quin & consentire in Iudicem censetur, qui non capit de incompetencia. *l. non videtur. l. sed est susceptus. D. de iud. at in hunc non tantum consentit hæc pars; sed nominatim dari eum Iudicem petit. & possunt clerici de consensu sui Episcopi in Iudicem incompetentem consentire, dummodo sit persona Ecclesiastica: s. significasti. X. de for. compet. sitem in dignitate: d. c. statutum: aut hodie Iudex Synodalis. d. c. 10. Nec obstat quod subdelegare non potest, cuius electa est industria: c. si. de off. deleg. electaque esse videtur, cum causæ graues commissa sunt. c. is cui cod. in 6. vt inquisitiones, seu criminales. d. c. fin. quod in legem videtur d. c. 2. s. 13. Trid. quoniam reuera non videtur electa specialis personæ industria, quando personæ incognitæ, præsentis, & futuræ committitur. *Sanches de mat. l. 3. d. 7. n. 20. post plures quo citat.* Nunc quod ad rationem electionis attinet, iam synodales Iudices electæ sunt industria; non à solo suo Ordinario; sed plena synodo, vt confidentia quæ est de Officiali, se offerat & in Iudice synodali; & pleniori plurium iudicio, neque verò ea verba; *quatenus vos, vel eorum vestrum autoritate nostra faciatis pro-***

ut de iure fuerit faciendum, personarum industriam significant: reperitur enim eiusmodi compellatio in omnibus rescriptis, neque tamen subdelegationem impedit. *c. si contra. c. cum plures. de off. deleg. in 6. c. providentia. X. cod.*

Denique d. c. 2. non continet poenam nullitatis. ut quamvis per d. c. 10. mutatum illud non esset; tamen quod secus factum esset, subsisteret. quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.

Neque literæ nuper allatæ irritant subdelegationes factas iis, quibus ex stylo fieri non soleant; etsi improbent, & ne fiant, mox neant.

De criminalibus etiam causis dumtaxat agit d. c. 2. *f. 13. Triā.* illudque strictè accipiendum est de iis, quæ verè sunt tales; non correctoriæ tantùm, & visitationum. in quibus solis regulares illi, de quibus quaeritur, Ordinario subsunt; & ad poenitentias dumtaxat imponendas, non autem exequendas. quin nec sententia interdicti, à qua maximè appellatum est, super vilo crimine lata est; sed super contumacia dumtaxat: quod noluerint Ordinarij statuta recipere, aut eius iurisdictionem, & superioritatem agnoscere. nec vllum iota in sententia de alio crimine mentionem facit, sed omnis controuersia scaturigo, ac fundamentum est allegatio exemptionis. in qua materia nec canon aliquis est; nec ratio; nec stylus, qui obsit subdelegationi faciendæ canonico cathedrali, Iudici synodali designato.

De his quæ vi aut metus causa.

## RESPONSVM I.

*De subdiaconorum calibatu, vi & metu in ordine susceptionis reuerentiali pa-*

*trui. protestatione & probatione. sufficientia ex additione solidæ atque opimæ hereditatis, si nepos sacris se vouerit, comminatione priuationis si deflexerit. pronuntiatione super nullitate, transitu in rem iudicatam. matrimonio. appellatione tanquam à die notitiæ. causæ deuolutione. viribus citationis ad domum. retractatione primæ sententiæ in secunda instantia. huius examinis in tertia.*

Ordo subdiaconorum serò inter sacros relatus est. *c. cum multis X. de erat. & qual. ord. & annexus calibatus: c. ante triennium & tot. dist. 31. 32.* antè sacerdotio, & diaconatu. *ibid.* prisca quidem poena, ut, si vxores ducerent, officio abstinere, non tamen cõmunionem priuarentur. *Concil. Aurel. 5. c. 4.* etsi hodie quilibet sacer ordo matrimonii dirimens, impedimentum præstet. tamen cum subdiaconis etiam faciliùs dispensatur. sed nunquam votis solemnibus obligato facultas fuit ad secularia transire, aut validè matrimonium contrahere, & in contracto permanenti cõmunionem dari, magno argumento distinctionis vinculi, quod ex voto, & quod ex lege Ecclesiastica pendet. tamen Greg. I. *in d. c. anterior.* non ordinari iusserit subdiaconos, nisi continere promiserint. sed formula Pontificalis id modò non habet: sed ordinaturus Pontifex ordinandos monet hæcenus eos liberos esse, & licere ad secularia vota transire; quod si hunc susceperint, non licere à proposito resiliire: & concludit

De subdiaconatus obligatione ad calibatum.